

opibusque Britannia exhausta, à Scotis, Pictisq; subacta, & tributaria facta, anno 496. post C. Jul. Cæsaris adventum à primo Rege Bruto 1603. H. Boetius lib. 7.

Anno Sal. 286. pleraque Germaniæ nationes, quod sæpe antea fecerant, inter se conjunctionem fecerunt, atque ultimum propè excidium Galliarum, præsentia Maximiani Imp. post habita, intencarunt. Hi fuerunt non solum Burgundiones, & Alemanni, sed etiam Chaibones, & Heruli, viribus primi locis ultimi: qui, cum trajecto repente Rheno in provincias proximâs irrupissent, omnia cæde, vastatione, atque incendio misceverunt. Jam Burgundiones, & Alemanni, in cœditâ multitudine abundantes, primum sæva fames, deinde favor pensilientia adorta. Quod ubi Maximianus animadvertit, arma ab illis abstinuit, ac sua sponte duobus malorum generibus ipsius mortalibus infestissimis, consiliari, consumique permisit. Chaibones verò, Herulosque aperto maritæ aggressus, primo certamine prostravit. Nam exercitus parte in hostes irrupit, ac seditibus, & fugientibus locis, rotaque acie, & resistens, & cedentibus, & fugientibus se objecit. Quo pacto tanta eos interecione delcivit, ut cladem relictiis domi conjugibus non profugus aliquis è prælio, sed ipsamet victoria nunciavit. Sigonius lib. 1. Imp. occid.

B Licinius Imper. ad Sacrum promontorium, quod est ad ostium Ponticum, ducentis à Chalcedone stadiis, cum Constantino Magno congressus, victus est. De Liciniano, qui centum triginta millia fuisse dicuntur, vix triginta millia evaserunt. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

Magnentius tyrannus ad Mursum Pannoniarum pugnam cum Constantio Imp. omnium gravissimam inivit. Multis autem utrinque cadentibus, prælium libenter Constantius diremisset, ne viribus Romanorum debilitatis, Imperium incurfionibus barbarorum impunè pateret. Tanto verò ex utraque parte studio, atque ardore pugnarunt, ut non solum usque ad vesperam, sed etiam usque ad summam noctem dimicando pervenerint, ne tenebris quidem laxationem ullam contentioni præbentibus; ad extremum tamen pars Constantii superior evasit. Hostibus in fugam versis, atque triginta millibus interfecit. Sigonius lib. 1. Imp. occid.

Uldinus, & Sarus Honorii duces, cum exercitu Hunnorum, & Gothorum auxiliorum Radagaiso Gothorum Regi occurrerunt, in Hetruria prope Fesulas: ubi multitudo Gothorum in angustias cœcta, communitibus undique interfectis, inedia cœcta est. Radagaisus post rem perditam, cum paucis fugam molitus, captus, & ex fuga retractus, strangulatus est. Tantaque vis hominum caesa est, ut servitiorum greges uno auro, fœtores licitarentur numo. Cusp.

C Atilia ab Aetio Valentianis III. duce Aureliis repulsa, ira frendens, cum patientissimos, & prælio faciendo aptissimos non longè abesse campos Catalaunicos audisset, longitudine centum leucarum, latitudine septuaginta, qui & Mauricii nominantur: eò castra convertit, atque Aetio sese summi ibi prælii copiam facturum ostendit, neque illud Aetius detrectavit, verum statim, cum Gothis, & Francis, Alanis, & Burgundionibus, & Provincialibus Italicisque accessit, seque ad pugnam capeflendam præsto esse significavit. Atilia, antequam prælium iniret, cum extra consulisset, intellexit, à parte Romanorum ducentem, à sua exercitum periturum: interpretans autem, Actium esse casurum, cujus virtutem: ac prudentiam omnium maxime formidabat, de exercitu suo non laboravit, atque alacriter in prælium hora nona proceffit, eo consilio, ut si acies sua inclinasset, nox imminens dirempit prælio subveniret. Si pugna dato, alacriter utrinque concursum est: atque D usque ad noctem tanto ardore, tantaque pertinacia depugnatum, ut majore dimicari non potuerit: tanta porrò cæde, ac sanguine, ut fœdiorum, ac cruentiorum pugnam antiquitas nulla prodiderit. Fervente autem prælio, Theodericus Vestgotherum Rex, dum adhortans suos discurreret, sive equo forte lapsus, pedibusque suorum attritus, sive, ut alii tradunt, ab Ostrogotho quodam confusus, interit. Atque hoc fuit, quod Atilia aruspices de ducis apud Romanos casu prædixerant, quod ille temerè ad Actium traxerat. Eo dolore Gothi accessi, ab Alanis secreti, aciem Hunnorum invadunt, quo impetu Atiliam oppressissent, nisi ille providus se, & suos in castra, que plautris obvallata habebat, illico retulisset. Aetius verò per tenebras noctis à suis divisus, cum inter medios hostes vagaretur, num quid advenit Gothis accidisset, inquirens, cum ad castra sociorum pervenisset, noctem futurorum defensionem transegit. Postridie, luce orta, cum stratos cadaveribus cam-

pos esse, neque Hunnos castris exire audeat videret, atque Atiliam intellexerit propter cladem acceptam prælium detrectare, suam esse victoriam arbitratus est. Atilia verò, quam victum se cernebat, tamquam victor, in castris strepitum armorum edebat: ac tubis cænebat, & terrorem solitum commovebat. Quod ut sensit Aetius, hominem obfisione premerè statuit, nimirum brevi periturum arbitratus, quia paratam commeatuum copiam non haberet: neque enim propter crebros sagittatorum ejus ictus propior ad castra datur accessus. Qua recognita, Atilia, salute desperata rogam ex fellis equorum construxit, eo animo, ut si Romani castra cepissent, sese in eum ardentem conicere: ne Romanus aut se vulnerato gauderet, aut de capto magnificè triumpharet. Hoc est memorabile prælium Catalaunicum, in quo CLXXII. millia hominum occidisse dicuntur: præter XC. millia Gepidarum, qui Hunnis, & Francorum, qui Romanis militabant, qui nocte, quæ prælium præcessit, inter se armis congressi mutuis vulneribus conciderunt. Narrat, rivulum memorati campi humiliter ripa labentem, peremptorum, ac fauciorum sanguine concipit fluxisse, quousque sitis intolerantia ad bibendum adegit, eo sanguinem, quem vulnerati fuderant, potavisse. Sigon. lib. 13. Imp. occid. Bonfin. lib. 4. Dec. 1. Advent. lib. 4.

B Hernac filius Atilia Hunnorum Regis, cum Ardario Gepidarum Rege, qui primus servitum Hunnorum detrectavit, confignis, triginta Hunnorum millia amisit. Sigeb.

Cacano Hunnorum duce in Forum Julium, anno sexcentesimo sexagesimo quarto irrupente, Lupus Foro-Julienfis dux fortiter cum suis occurrit. Pugnatum est per quadrum tanto animorum ardore à Foro-Julienfis, ut satis constet, Cacano primis diebus multo plus cladis, quam intulerit, accepisse. Ad extremum ivera simul, ac cupiditate victoria inflammatus, tanto fe, cum omnibus suis impetu in Longobardorum aciem incitavit, ut non eos solum locos avorterit, sed ipsum etiam in prælio Lupum occiderit, Sigon. lib. 2. regni Ital.

Dum Martianus fufos Gothos in Illyrico fugientes insequitur, triginta ex his cepit: qui cum evasissent, Scythas in Romani imperii pradas fuscitavit. Gothi igitur dum variis Claudium Imperatorem bellis implicuit conspiciantur, trecentorum millium exercitu, classe longarum navium duum circiter millium, in Romanum imperium irruerunt. Sed brevi tempore à Claudio delicti sunt. Duo propè millia capta, Romanique ducta, bestiiis exposita fuerunt. Bonfin. lib. 2. Decad. 1.

Quinto anno Tiberii, Longobardi subjugata tota Italia, Gallias etiam vastare inceperunt: tantamque stragem fecerunt in Burgundionibus, ut numerus occisorum non posset colligi. Paul. Dia. lib. 3. cap. 1.

Longobardi duce Alboino, conjunctis copiis, cum Hunnis, qui Avares dicuntur, regnum Gepidarum evertent penitus, anno Christi 547. sic ceciderunt in uno prælio sexaginta millia hominum. Alboino Regis Conimundus caput, hæst infixum per castra circumgestari iussit: ejusque cranum postea in patrem inauratam commutavit, atque ex ea bibit, quoties conciviva, aut solemnes epulas exhibuit. Quæ res ipsa postea exitio fuit. Bon. lib. 4. Dec. 1. ex Sigeb.

Cofroes Rex Persarum Palæstinam cum Hierosolyma, ac nonnongentis millibus Christianorum evertit. Revivisus.

Hadrianopoli Thracie urbe capta à Turcis centum millia Christianorum perire. Idem.

In Hispaniis viginti millia ferme militum contra Vandalos pugnantium caesa fuit, an. Dom. 432. Sigeb. in Chron. Syriam, & vicinas regiones Saraceni occuparunt. Apfima-H Imp. fratrem suum Heraclium, copiis equestribus, & pedestribus instructum, contra eos misit. Is in Syriam irrupens, Samofatam usque progressus, ad ducenta millia Saracenorum cœdit, anno Dom. 700. Juxta Sigebertum, & Sabel. Euseb. lib. 8. lib. 6. Blondus lib. 10. Decad. 1. 702. anno tribuit. Paulus Dia. lib. 20. & Zon. tom. 3.

Mense Maio, cum Heraclius esset coronatus, Persæ in Syriam irruerunt, & Edeffam ceperunt: & exercitum Romanum apud Antiochiam occurrentem ad eò deleverunt, ut vix duo de exercitu Phocæ remanerent. Zonar. tom. 3. Paul. Dia. lib. 18. ver. Rom.

Heraclius Imp. à Saracenis victus, amisit centum, & quinquaginta millia hominum: & postea, cum bellum repararet, ab Angelo caesa fuere noctu quinquaginta duo millia. Unde animo fractus, ex dolore morbum contraxit, & hydrope extinctus est. Sigebert.

Quo

Quo tempore Samuelem Bulgarorum regem Nicephorus A Constantino Imper. prælio fudit, tanta strages Bulgarorum facta est, ut murum in Thermopylis extructum ex ossibus apud Rupenam, ad deterrandos Bulgarios, Græcis flauerint. Cedrenus.

Joannes Tzimifca, magister domesticus scholarum Orientis, in Cilicia militandum Agarenorum delevit. Quinquæ circiter millia, equis relicti, in collem quadam evaserant. Tzimifces circumdato colle, pedes eis immisit. Saraceni occisi sunt omnes, & cruoris rivi per declivia in campum fluxerunt: nomenque colli ad eventum factum, ut collis Sanguinis appellatur. Idem sub Nicephoro Phoca.

Manuel Comnenus Imperator victus à Clizasthane Iconii Sultano, & turpi pace accepta, alia via domum redire instituerat, ut aspectum interfectorum declinaret. At via duces ob id ipsum potissimum eodem cum reducebant. Fauces excaquæ erant, vales in tumulos affurgentes, saltus cadaveribus Græcorum operiebantur. Prostratis omnibus, cutis capitis detracta erat: nonnullis pudenda præcisa. Id eò factum à Persis dicebatur, ut circumcisus à Christianis didicissis, victoria anceps esset. Nam ex utroque exercitu multi ceciderant. Nicetas lib. 6.

B Anno Salutis 700. ducenta Saracenorum millia in Syria cepa sunt, Romani, qui in ea terra adhuc agebant, cum multis ab ea gente incommodis afficerentur, arreptis subita conspiratione armis, insignem Barbaris cladem intulerunt. Blondus Tiberii eos fuisse milites mavult credere. Sabellicus lib. 7. En. 8.

Variis præliis, quæ biennio per Hispaniam gesta fuerunt, cum Mauricam caelo Rodrico rege, anno 717. invaderent, ad 700. hominum millia utrinque caesa dicuntur. Tarapada de regibus Hispanie.

Hunni in tempesta nocte Danubio sub Sicambria prope veterem Budam annexis utrinque uestibus trajecto, Romanos milites, qui ad Potentianam urbem castra habebant, opprefserunt. Thetricus, & Macrinus Rom. duces, legionibus, quæ super fuerant, coactis, in Hunnos copias eduxerunt. Hunni terga vertentes Danubium, adhibitis uestibus, tranare contendebant. In eo conficiti ex Hunnis, cum Cheve duce, centum & viginti quinque millia caesa: Romanis, præter eos, qui in castris superiori nocte ceciderant (si Ungarorum credendum est Annalibus) ducenta, ac decem millia desiderata sunt. Bonfinus lib. 3. Decad. 1. & lib. 7. Decad. 1. & Nicol. Olavus in Atilia.

C Gens Bulgarorum ignota in Illyriam, & Thraciam impressionem fecit seculo sexto post Christum, & Romanas legiones ferè delevit. Eam cladem Romanis Cometa prænuñciavit, & corvi, qui & supra, & ante exercitum exeuntem volitarunt, & tubicines, qui pro bellico mestum, & lugubrem edebant sonum. Zonaras tom. 3.

Obfidebantur Saraceni à Græcis, & Italis Gariliani, anno Salutis 915. Cum acris obsidio ad tres menses produda esset, Saraceni re frumentaria deficiente, inedia sollicitat consilium eruptionis ceperunt, ac rebus suis omnibus inflammatis, ex oppido evaserunt, ac montes, sylvasque proximas petiverunt. Sed ad pugnam compulsi mense Augusto ad unum omnes occiderunt vel fame, vel necessitate. Veteriores scriptores rem non obfisione tentant esse, sed prælio narrat: & Saracenos, cum premerentur à Christianis in Gariliani montem se recipisse, ac viarum angustias invidisse: Græcos autem, qua parte facilius erat Saracenis descensus locum Castello constructo custodiivisse: crumque quotidie pugnaretur, factum, ut ne unus quidem ex hostibus superfuere. Hanc Christianorum victoriam D scriptores tanti faciunt, ut sanctos Apostolos Petrum, & Paulum in isti conspectos esse prælii prodant. Sig. lib. 6. regni Ital.

Anno 955. Hungari Conradi Lotharingie ducis ductu tanta multitudine in Bavariam descenderunt, ut nisi terra exfuberentur, aut à celo obruerentur, vinci fe posse negarent. Verum occurrente, cum expedito exercitu ad Lycum amnem Othone Imper. amisso Conrado, tanta strage pugnarunt, ut patrem fe de barbaris victoriam Germani retulisse non meminisent. Mors inde castris Otho in Sclavos duxit, ac similes eos clade prostravit. Sig. lib. 6. regni Ital. ex Sig.

Saraceni ex Hispania ab Eudone Aquitanie duce, qui Carolo Martello Gallorum regi viribus impar erat, evocati, duce Aberama rege ad cccc. millia velut explorata victo-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

ria in Galliam ad ultiores sedes proficiscerantur, anno Salutis 730. Adversis tantum terrorem belli Carolus Martellus primùm omnium delectum tota Francia habuit. Misset etiam ad Aquitaniam Eudonem, qui admoneret, quantum in se, suosque, ac nomen fecleris conficere: factus esse reconciliationem gratia fieri, simulatunque memoriam patriæ, Galliarum, religionique condonare, quam fecum cuncta in omne tempus everfura ire. His motus Eudo, & quod quos Barbaros Aquitanie vindices sperarat, hostes experiebatur. Burdegalamque dirutis templis devastasset, clandestinum fœdus cum Franco inivit, fidemque dat, communi saluti fe non defuturum. Præstitid re ipsa. Nam cum ad Turonum urbem signa contulissent, & jam æquo pugnantem Marte, Eudo cum suis castra Saracenorum diripuit. Qua clade Saraceni territi, fugam effusam fecerunt. Ac cccc. millia Barbarorum ceciderunt; Francorum mille quingenti desiderati, pauci quidem, & minor quam pro tanta victoria numerus: sed his factis, sanguineque nobilissimis, & perpauci integri à vulneribus discesserunt. Saracenorum calamitas multitudine militum, & splendore ducum occisorum, nescio an omnium seculorum memoriam superarit. Rex Aberama inter coarctatos corporum tumulos repertus est, & omnes propè proceres ruina suorum superfusa occubuerunt. Ne ab impubere quidem ætate temperatum. F Perpaucæ mulieres captis castris superfuere, Earum animus tolerando in fuga trepida malo fuit, nec ulla fere in postertatem viva venit, viris, vel morte, vel perfessione ad verlarum rerum lociatæ. Amilius lib. 2. Sigebertus, Crantz. lib. 4. Svecia, cap. ult.

Theodericus rex Francorum, veteribus simulatibus animo repetitis, assumpto Clothario fratre, & Theodeberto filio, exercitum in Thuringiam adversus Herminfridum regem eduxit anno 521. ac superatis, quæ in campis Thuringie sibi parate erant, insidiis, prælio congressus, cum cum suis omnibus in fugam coniecit, atque ulque ad amnem Onestrudem insequutus, tantam ibi stragem eorum edidit, ut alveus fluminis alta cadaverum congerie cumulatus sit, per quam, tantam per pontem transeffit Franci, in potestatem Thuringiam redegerunt, Theodericus Herminfridum, fide incolunitatis data, ad fe venire Tolbiacum iussit, eumque de muris urbis secum ambulantem dejecit. Sigonius lib. 16. Imp. occid. ex Regimio lib. 1.

Anno Domini 629. Saxones Franci consuetum tributum reddere detrahebant. Dagobertus rex, cum eorum duce Berthulfo congressus, & Lotharii præfidiis adjutus, Berthulfo vicit, & interemit. Saxones fuga sibi consulentes Lotharius, & Dagobertus infecuti, omnes interfecerunt, qui gladii longitudinem excedebant: gentem, quæ per Saxoniam remanserat, sub jugum misere, tributum quingentorum boum eis impolito. Tribemius de origine Francorum, Nguclerus, Generat. 21.

Cum Carolus Magnus, anno Salutis 796. Hispaniam egisset, & Marsurium tantum, & Belingandus debellandi essent, quod Babylonis Admiratus ad Hispanias obtinendas miserat: Ganalonum ad hos misit, ut his illis conditiones ferret, ut Christi fidem, & pacem acciperent, aut certum auri, & argenti pondus tributum nomine penderent. Peregit Ganalonus Caroli mandata: caterum hostili auro captus, Marsurio, & fratri Exercitum Gallicum trucidandum in Pyrenais objecit. Itaque Rolandus cum flore totius Gallicæ exercitus cecidit: Ganalonus proditiois convictus quadrigis fœdè lanatus est. Sabellicus lib. 8. Enn. 8.

Theodericus rex Italie, Ibbæ Comite suo contra Francos misso, xxx. millia eorum occidit, in vindictam necis Alarici H generi sui. Sigebertus.

Ludovicus rex Germanie, Ludovici I. Imperatoris filius, ubique per Germaniam victorias suas circumtulit. Boemos, Polabros, cateroque Vandalorum populos repressit. Eo sublato, Danorum, & Normannorum excursionsibus Saxonia vastata est. Bruno dux Saxonie, à quo Brunsvicum oppidum iis occurrit. In loco Ebbekstorp dicto, totum Christi agmæ cum flore nobilitatis Saxonice ad unum concidit. Eo loci sanctimonialium sub regala divi Benedicti congregatio instituta. Crantzus lib. 2. Metropoles, cap. 3. & lib. 2. cap. 31. Saxonia.

Normanni anno Christi 895. in Lotharingia circa Leodium pugna cum Christianis commissa victores evasere, ac Vvotmaniam usque progressi, Sunderoldum Moguntinum Episcopum trucidavere, Regimo lib. 2. Arnulfus Imperator ad

Aaa 2 fluxium

Immo ille ipse pietatem laudat peccatricis, quod unguentum A mittere in corpus suum. Math. 26. Transiit mos iste ad Christianos, quod ex Patrum scriptis discimus. Tertulliano c. 22. Apolog. de Resurrex. carnis. Minutus Felix Octavio inter crimina obiecta Christianis reservatis inquit unguenta funebribus. Recte autem Taciti originem huius instituti ad Aegyptios retulit, ex quorum ritu Joseph Patriarcha pollinctoribus suis mandavit aromatis condire patrem defunctum. Vide infra, de Mortuorum cura apud Christianos.

Ceterum Veteres usi in hac conditura Sale, Nitro, Cedro Asphaltis, Melle, Cera, Myrrha, Balsamo, Hysopo, Calce. Ut ex auctoribus probatis elici potest, quorum testimonia breviter ergo omitimus. Vide tit. sequentem, De cura mortuorum Christianorum.

VESTITUS, ORNATUS.

Cicero in oratione pro L. Flacco, Gracos docet solitos fuisse coronam mortuis imponere: exponens quid contineretur plebiscitis Smyrnaeorum, quae secerant in Calstritium mortuum. Primum, ut in oppidum introferretur, quod aliis non conceditur, deinde, ut ferretur ephedi: postremo ut imponeretur aurea corona mortuo. Institutum autem hoc coronatos mortuos effrendi, tetigit etiam Aristophanes in Nubes: ita enim induxit virum uxorem increpantem, quod cum noctu in lectulo dormientem reliquisset, tanquam cadaver, & in nuptiis nuptiarum: Mortuus est super arduo, & in nuptiis nuptiarum. addit enim, nihil desiderari potuisse, ut plenam speciem ejus rei redderet, nisi quod coronam capiti ipsius non impoferat, neque lectulum propè collocarat. Vidor. lib. 2. Var. lib. cap. 7.

Apud Gracos amictus candidus non ex lana, sed lino interhebatur. Aegyptiorum exemplo, apud quos lanae vestes nec cum cadavere sepeliuntur, neque in ades Deorum importantur. Alex. lib. 3. c. 7.

Romani cadaver de unguentis ungere, candido quoque amictu induere, ac diebus septem servare solebant in ara confitura, ubi odores incenderent, quae acerba dicta est. teste Felso.

* Pauperes tamen, & tenuioris fortunae non videntur albis induiti fuisse, sed nigris testante Artemidoro.

* Ceterum tanta erat cura Veteribus de vestibus fenebris, ut eas plerumque & sibi, & suis conficerent. Id videtur esse apud Virgilium lib. 9. qui matrem Euryali sic querentem C. inducit:

— Nec tua funera mater Produxi, pressos oculos, nec vulnera laevi: Veste regens, tibi quam noctes fistina, dieque Urgebam, & tela curas solabar aniles.

* Sic Penelope ad Procos apud Homer. Odys. 8. dicit mortuo Ulyssae, Suffineta urgentes meae nuptias, donec linteum Perficerem, ne mihi sula vana pereant. Etc.

* CUSTODIAE.

Gracis mortis eras xvii. diebus, totidemque noctibus cadavera, antequam cremarentur, servare. Alex. ab Alex.

Petronius Arbiter in Satyrico de Matriona Ephesina, quae postum in Hypogeo virum afflicta custodiebat. Afflicta inquit, agrae fidissima Ancilla, simulque & lacrum commoedabat lugenti.

* ELATIO, APPRECIATIO.

Tandem cadaver efferebatur certo die ab obitu, ordinarie septimo, & octavo, teste Servio. Idque de noctu, sive ante lucem. Unde Vespillones dicti, qui funus efferebant tempore vespertino: Quomodo Tullium Regem clarum, auctor est Dionys. Halicarnass. lib. 4.

Tandem confuetudo haec desit, & diurno tempore elati mortui. Nam Syllam, cui hora IX. ducta exequia, ut tardiuscule clarum notat. Plut. in ejus vita.

Ad Julianum Imperator diurnam elationem abrogare, & nocturnam illam praefam reducere voluit, cuius constitutio in vet. Codice Theos. an. 17. de sepul. vniuers. lege V.

Deinde quietem, & pacem mortuis apprecabantur. Valentinianus, Nonesia de sepul. Pax sepulchris. Ex Valerius Probus has notas H. R. L. P. interpretatur, hic requiescit in pace. Hinc terram leuem illis volebant, vel ut ossa molliter cubarent. Ovid. l. 1. Am. E. 18.

Saepe rogabis, Ut mea defuncta molliter ossa cubent. Idem insinuat Lib. 11. Aeneid. Virgilius. — Placida compositus pace quiescam.

CIRCUMGESTATIO.

Scythae, suos, qui decesserunt, in pulsatris collocatos ad amicos circumferunt: eos illi excipientes epulum cadaver comitantibus praebent. Mox peractis diebus quadraginta humo mandant, capite exanato, ablutoque. Regis vero corpus conditum per omnes provincias circumgestant. Herod. lib. 4.

Respectu Aliorum

Conclamare.

Romani, oculis mortuo clausis, introducta familia, viciniaque, si introspicere voluissent, terni, quaternive aliusmodi vocibus mortuum ter inclamabant nomine, quo tacente, Conclamatum esse in publicum efferebatur. Alex.

Imperare.

Extat apud Demosthenem adversus Maceratum lex talis: Qui pereat in populis, quos nemo sustulerit, eos Demarchus propinquus denunciet, ut tollant, atque sepeliant, & populum excipiant eodemdem die, quo singuli eorum perierint. De servis autem denunciet domino: de liberis vero illis, qui pecunias possident, quod si nulla mortui pecunia sint, denunciet propinquus mortui. Quod si denunciante Demarcho, propinquus non sustulerit, Demarchus locet tollendum, & sepeliendum, & expiandum eo die populum, quam minimum poterit. Quod si non locaverit, mille drachmas a ratio dare damnas esto, quidquid autem impenderit, duplam à debitoribus exigat. Si non exigat, ipse populis dare damnas esto. Sig. lib. 4. de rep. Athen.

Evocare.

Præco civis ad funus octavo die invitabat, cujus verba erant: Ollus fatus finis est.

Judicare.

Apud Aegyptios antequam sepeliatur corpus, praedicitur à cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis, sepulturae dies, aserunt vero illum (nominem mortuum appellantes) paludem transierunt. Adstantibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibusque in preparato ultra steganum hemicyclo, trahitur navis ad id composita abis quibus ea, cura inuncta est, regente magistro, quem sua lingua Aegyptii Charontem vocant. Unde & Orpheum asserunt, cum hunc morem apud Aegyptios confectisset, fixisse postmodum inferos, partem quae videret imitatorum, namque ipse comensus effect. Perducta in stagnum navi, antequam condatur in ara cadaver, permittitur lege volenti mortuum accusare. Si quis comprobatur male vixisse, iudices sententiam ferunt, quae censent corpus eius sepulcro privandum. Qui deprehenditur iniuste crimen objecisse, magna muldatur poena. Cùm deest accusator, aut per calumniam accusatum constat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur. Diod. lib. 1. c. 8. & Herod. lib. 2.

Domus Curanda.

Domus certo scoparum genere ab Everruncatore purgabatur: cupressi factum in ostio superponebatur in funeris indicium. Alex.

Instrumenta preparanda.

Romae in aede Libitinae Veneris omnia ad funus pertinentia servabantur: quae sicut adventibus viam ita decedentibus sepulturae instrumenta praebat: forte ex regis Numa commentationibus, ut dicerent non abhorre ab iis, neque haec, ut piacemntum deligerent. Plut. in quaest. Rom.

IN ALEGATIONE. Huc pertinet Pompa.

Regum Scytharum sepulcra apud Gerrios sunt, ubi Borysthenes jam navigabilis est. Ibi cum Rex eorum decessit, ingentem scrobem effodiunt foras quadrata. Accipiunt mortuum corpore incerto, alio evulsu, atque expurgata (ut etiam Plin. lib. 9. c. 45. docet) quam ubi silere consulo, & thymiamate, apique semine, & anisi expleverunt, consunt rursus impositionemque plausito cadaver, ad aliam gentem ferunt. Quod qui excipiunt, eadem agunt, quae regis Scythae, aurem decidunt, crinem circumdant, brachia incidunt, frontem, nasumque sauciant, sinistram manum sagittis traiciunt. Moxidem ad populos alios, quibus vivens imperiavit, cadaver transferunt. Denique contumalantes, concubinarum aliquam praefranda gula simul sepeliunt: sed & pincernam, coquum, equi agationem, ministrumque item qui fuisse à nunciis, nec non equos, & omnium primitias. Rursusque anno circumacto haec obeunt,

obeam, quinquaginta ex ministris (qui non illi sunt, quam A Scythae ingenit) franguntur, totidemque interimitur equos. Herod. lib. 4.

Platon in 12. de Legibus ordinem pompae funebribus in funere Praefectorum civitatis talem ponit: Indumenta omnia alba, luctus, ploratusque nullus. Chori duo alter puellam numero 15. alter vero totidem puerorum, qui feretrum circumstant, dum sacerdos vicissim demortuum laudabat, eisque felicitatem totum diem decantabat. At postero die bene manè, iuniores capulum ad sepulcrum ferebant, eorumque caelbes praecedebant equites cum equis, & cum armis pedes: deinde pueri patrios hymnos concinentes, & hos puella sequebantur, cum mulieribus jam efficitis. Sepulcrum vero erat sub terra, factus ex lapidibus formis.

Apud Romanos ferendi feretrum, propinquo viris fexus dabatur munus. Itaque filii parentes, & fratres forores elatas funere deferebant: nonnunquam servi libertate donati, plerumque fenatori, pretorii, & consulares, quique amplissimis honoribus functi erant, Imperatorum, & Consularium virorum feretrum datur. Quare Pauli Aemilii, B quide Macedonia triumphavit, legati Macedonum: & Syllae dictatoris feretrum fenatores, & sacrae virgines extulerunt. Ex Q. Metello filii tres consulares, duo triumphales, unus censorius, & alter pretor lectum fubiere, teste Plin. lib. 7. cap. 44. Dumque efferebatur, insignia honorum quos gessisset, ut falces, securus, lectores, armaque, & dona militaria, coronaeque omnis generis, quas in via meruisset, vexilla, atque urbiu dona, & legionum, spoliisque hostium, ac munera, quae quis daturus erat, expressioque cera vultus, & decora majorum, totiusque familiae longo ordine simulacra, & gentile stemma praeferebant ab ultima origine, quanto cum poterant apparatu. Quare C. Caesar in amice funere, Marii statuas decorae familiae detulisse fertur: Et Tiberius in Drusi funere originem Juliae gentis, Aeneam, omnesque Albanorum reges, Romulum, & Appium Claudium, ceteraque Appiorum effigies longo ordine produxit. Ferunt quoque Juniam, quae Calpurnia nupta fuit, viginti clarissimum familiarum imagines, vultus indicium splendoris, & vetustatis familiae, in funere praefuisse: inter quos Manlios, & Quintios, Cassiumque, & Brutum. Nonnunquam, ut ampliore efferebatur funere, plures defuncto strare lectos, qui instrati in pompa funeris anteibant: sicut de Sylla, cui sex millia, & Marcello, cui sexcentos praetos legimus. Tum si qui ab eo servi manumissi, & libertate donati fuerant, illi praecipue, qui fide insignes à domino cognati forent, herilem interitum miserantes, pleni lacrymarum elatum corpus praecedebant pilgati, aut alba lana capitibus velatis: qui quanto plures erant, tanto plus nominis, laudisque dedere, quod familiam totam decedens dominus tantis muneribus cumulasset, ac libertatis praecio affecisset. Nonnunquam illos, qui ralis capitibus triumphantis currum fuerant prosequuti, ejusdem defuncti corpus pilgatos in pompa funeris praefuisse invenimus. Q. Terentium Culleonem, quem Scipio Africianus servitio exemerat, quique triumphantis currum capite ita fuerat prosequutus, ejusdem elatum corpus pilgatum praefisse memorant: post sequente proximum affinium, & amicorum turba: lugentis habitu, capillo demisso, in veste pulla, aut cerulea, ut Cato significat. Illorum corpora, qui magistratus, & honores gesserant, in praetexta purpura, togae consulares, vel fenatoria, virosque triumphales in tunica Jovis, plebejorum vero D in toga plebea, aut pallio efferebant, & cum eisdem illa credebant. Lecto igitur constrato purpura, aut linteis splendebat, & in eo defuncti corpore locato: post ultimam conclamationem, tubicine praecedente, qui naziam funebrem, qua laudes defuncti, & facta recensebatur, tum pudorem integritatem, & fidem, non saltandum, ut olim, sed stans Phrygio modulo caneret, funus procedebat. Is enim modus erat ad merorem accommodator. Quod ideo institutum ferunt, quasi in illas aeternas amicitias, ac in sedes, & conciliatorum post funera recepti viderentur. Nonnunquam festu univerfo, & magistratu cum vexillis, interdum equitum turmis, si quando Regum, aut Imperatorum funus efferebant, comitantibus. Funeris enim haec lex erat, ut praecedente pompa funebri, vivi sequerentur, tanquam haud multo post morituri. Interim lectulo plerique flores, & corollas paece, nonnulli unguenta, & odores, alii dona cumularent. Idque noctu, & obscura luce, ideo ardentem facies adhibebant. Nam die funus efferebatur morte non licuit: quod Demetrius rex cavat edicto: ut ante lucem,

vel post crepusculum efferebantur corpora: die vero non liceret. Alex. lib. 3. cap. 7.

D. Hieronymus scribens ad Paulam de dormitione Bleffille, indicat ordinem pompae funerae praere solitum ante cadaver. Teste Servio, ad honorem, praefertim regum nobilium, cum faculis praecedebat populus. Virg. de Pallante: — lucet via longo

Ordine flammaram, & late discriminat agros Kennethi Scotorum regis lege, insignis viti, aut alicui de Republica optimè meriti pompa funebribus talis erat. Duos equestres praebant: alter, vita functi arma indutus, & insignia ferens candido equo: alter pulla veste velata facie nigro equo insidens. Cùm ad templum venissent, niger retroacto equo ad altare, dominum morte absumptum vociferans, populo diris cum prosequente, celestiter se è conspectu proripiebat. Alter ad altare recto pergens gradu, deposita arma, equumque offerebat sacerdoti insignibus admodum monumento. Hujusmodi ritum, ut parum religiosum, posterior aetas abolevit: sacerdoti loco equi, & armorum quinque sterlingis libris in oblationem tributis. H. Boet. lib. 10.

Lampades.

Lampades ardentes in funerum ceremoniis adhibere, Christianis moris fuit: item hymnos decantare. Nam D. Chrysostomus inquit in Hom. 4. in 2. cap. ad Hebraeos: Dic mihi, qui voluit sibi illae splendide lampades? quid hymni? & paulo post: Cogita, quid pallas in illo tempore. Revertere, inquit, anima in requiem tuam, quia Deus benefecit tibi. Item: Non timebo mala, quia tu mecum es. Homilia 61. inquit, honorem mortuo non esse secum, non ejulatium: sed hymnos, & psalmos, & optimam vitam. Perditus, si in funere univerfam habuerit civitatem, nihil lucrabitur.

Laudatio, Nenia.

Aegyptii in laudationibus funebribus nil de genere ejus, sicut Graeci confueverunt, narrare (existimant enim omnes Aegyptii pariter se nobles esse) sed orsi à puertia, in qua vita institutionem, eruditionemque receperat, ad viri aetatem descendunt, ejus erga deos religionem, justitiam, continentiam, virtutemque ceteras commemorant. Invocatis vero inferis diis, precantur, ut eum inter ipsos locent. Ad quae verba omnis multitudo correspondet, gloriam mortui extollens, tanquam G apud inferos cum beatis semper futuri. Herod. lib. 2. & Diod. lib. 1. c. 8.

Auctor Polybius, si humanis cessisset paulo illustriori Romae, mortis fuisse Romanis, in forum eundem effere, ac si tantum constitit, recumbentem vero rariis: aderat mox, & si peractem, ac praesentiam licuisset, filius, vel certe sanguine junctorum unus, qui defuncti praecoma oratorice persequeretur. His vero exitu consecis, contumulabatur mortuus. Hinc Caesar legimus amitam laudasse annos natum plus minus duodecim. Tiberium autem, vel annorum novum in patre dem impleffe. Cael. lib. 17. cap. 11. A. L.

Funebris tibia funebre carmen praecinebant, praefixis mulieribus laudes mortui decantantibus, quam Naziam dixerunt. Festas Pomp. & Plut. in Pleblem.

Musica funebribus.

Ferri mortuos olim solitos ad tubam indicat Maro in Aen. Et Perseus Satyricus: Hic tuba, candele, tandemque beatus alto Compositus lecto.

Cum tubis, tibis quoque, ac tympana adhibebantur, & ea omnia, ut hominum mortuos lugentium animi languentes ejusmodi sono excitati, minus dolorem sentirent, quibus oblectamentis facile distrahi soleant. Alex. Aphrodisiensis in Proh. Polyd. lib. 5. cap. 10. de Invent.

Deploratio, Luctus.

Scythae, mortuo rege, aurem decidunt, crinem circumdant, brachia incidunt, frontem, nasumque sauciant, sinistram manum sagittis traiciunt. Herod. lib. 4.

Roma cum in domo mortui fieret comploratio, lugentes pellibus insidebant.

De Hispanorum lugendatione in hunc modum Petrus Cluniacensis scribit: Vidi nuper ipse in Hispania, & admiratus sum: antiquum hunc morem ab Hispanis adhuc omnibus observari. Mortuus quippe uxore maritus, mortuo marito conjux, mortuis filiis patres, mortuis patribus filii, defunctis qui-

quibuslibet cognatis cognati, extrinsecis quolibet casu amicis
A amici, statim arma deponunt, sericas vestes, peregrinarum
 pelliū tegmina abiciunt, totumque penitus multicolorem, ac
 pretiosum habitum abdicantes, nigris tantum, vilibusque indu-
 mentis se contegunt. Sic crinibus propriis, sic iumentorum
 suorum caudis decurtatis, seque & ipsa atro proflus colore
 demigant. Talibus luctus, dolorisve insignibus, subtractos ca-
 rissimos desunt, & integri ad minus spatium anni in tali me-
 more publica lege consummant, lib. 5. epist. 16.
 Servianorum functum ritum hunc describit *Augerius Buse-*
bequius in itinere Constantino. Erat cadaver in templo po-
 situm detecta facie iuxta erant apposita edulia, panis, & caro,
 & vini cantharus; adstabant conjux, & filia melioribus orna-
 ta vestibus. Filia galeros erat ex plumis pavonis. Supremum
 munus, quo maritum iam conclamatum uxore donavit, pileo-
 lum fuit purpureum, cuiusmodi virgines nobiles illie gestare
 solent, inde lessum audivimus, & nram, lamentabilemque vo-
 ces, quibus mortuum percontabantur, quid de eo tantum
 meruissent, quae res, quod obsequium, quod solatium ei de-
 fuisset, cur se solas, & miseras reliqueret; & huius generis alia.
B Sacerdotes funeri praerant religionis Graecae. Erant in comi-
 terio erectae in palos pleraque cervorum, & hinnulorum, & si-
 milium ferarum de ligno dedolatae effigies. Cumque causam
 quaeremus, aiebant maritos, vel patres eo monumento vo-
 luisset testari, conjugum, aut filiarum in obsequiis domesticis
 officiis celeritatem, & diligentiam, erant item ad plura sepul-
 chra appensa comae, quas mulieres, aut puellae in funere ne-
 cessariorum luctus indicium posuerant.

Humatio.

Sepulchrorum tres habentur species apud Aegyptios, sum-
 ptuosa, mediocri, humilis. In prima argenti talentum expo-
 nunt, in secunda minas viginti, in ultima parum quid sumptus
 erogant. Purgato inde, & condito a salitoribus cadavere, mox
 etiam accufato, & a iudicibus certis iudicato, sepeliunt postea
 quinque suos hi in propriis sepulchris, alii, quibus ea defunt,
 domi apud infirmioreni parietem arca corporis erecta. Qui
 vero ob crimina, aut debita sepultura prohibentur, domi abiq;
 arca ponuntur, quos posteri ditiores facti, ac debita, & crimi-
 na luentes, honorifice sepeliunt. Gloriantur enim Aegyptii
C suos parentes, majoreve magnifice esse sepultos. *Diod. lib. 1.*
cap. 8. & Herod. lib. 2.

Sicyonii corpus terra contegunt, deinde lapidea basi extru-
 cta columnas erigunt, quibus fastigia, vel, ut Graeci vocant,
 aquillas imponunt: eadem propè species, qua sunt templorum
 culmina.

Graecos consuevit extra oppida mortuos sepelire intelligit
 loco quodam Polybit. *ex lib. 8. Historiarum*, qui nunc in
 excerptis legitur, docet enim illic, quomodo Tarentum in po-
 testatem Annibalis venerit, narrans, urbis Tarentinorum
 partem, ad ortum Solis Vergentem, bustorum plenam fuisse,
 quia ad ea usque tempora Tarentini morem haberent intra
 oppidum mortuos condere, parentes veteri cuidam oraculo:
 cum enim edicta ipsis fors esset, res eorum meliores futuras, si
 una cum pluribus habitarent, ita illos interpretatos esse id
 oraculum: existimassetque, Remp. suam bonam, fortunatam-
 que fore, si illos etiam, qui migrarint de vita, intra urbem re-
 ceperint, quod postea diligenter servarunt. Verba oraculi
 haec erant: *αμινον τῶ ἁγιου τοῦ δαμοσφισι ποιμινος πῶν ἀκατων*
ἐσὶ τῆ ἀκατων. Caetera autem nationes Graecorum tanto
D pere hoc fugiebant, ut ministros etiam tristes huius muneris,
 quos *κατασπαστας* appellabant, urbis domicilio arcerent. *Vi-*
dior. lib. 2. Var. lect. cap. 7.

Lycurgus prohibuit, quicquam cum corpore condi, sed pu-
 niceo amiculo, & solis oleagineis cadaver involvebat. *Plat.*
in Lycurgo.

Romano olim ab ortu urbis defuncta corpora humi con-
 dere, neque cremare consuevit, illud argumento est, quod
 Numae Pompilii corpus in arca lapidea post multa saecula à
 Cn. Terentio in Janiculo inventum, Martiano tradit. Postea
 cum longinquis bellis defunctos erui cognovissent, ut igni
 cremarentur, decreto sanxerunt. Primus ex patriciis Cor-
 Sylla traditur, quid decedens igni se cremari voluit. Inde man-
 sit diu defunctos cremandi consuetudo: à qua sequens tempo-
 ribus dum Antonini Caesares imperarent, desitum fuit. Tunc
 enim illo more abrogato, dento corpora humi condere cœ-
 pere: ex infitro Thaletis, qui cum omnia ex aquis consistere
 dicat; defunctos terrae mandare iussit, ut humore dissolvantur.
Alex. lib. 3. cap. 2.

Prothonis III. Danorum regis lege, quicquid paterfam.
 in bello periret, cum se quo, omnibusque armaturae suae insigni-
 bus tumulo mandabatur. Quem si quis vespillonum insigne
 tentasset: pecnas non solum sanguine, sed etiam inhumato
 cadavere dabat. Duces, & centuriones igne cremabantur.
Sax. lib. 5.

Apud Tartaros ha si quis plebe lethali morbo afficitur, ad-
 ejus tenentio hacta erigitur, pileo nigro praefixa. Composito
 signo, intrat nemo. Vita defunctum clam in campo suo me-
 dio territorio defodit. In sepulcro mensam ante illum, scy-
 phum equini lactis, & carnis alveolum statuant adiciunt quo-
 que jumentum cum pullo, & phalarum equum, ut in altera
 vita lac, jumentum, & instrutum equum habeat. Jumentum
 aliud comedunt, ejusque corium completum stramine in pa-
 tibulo quodam suspendunt, comesti equi ossa comburunt. Si
 quis eminentioris vir fortunae vita excessit cum pretiosissimo
 habitu humi reconditur: sed longè ab hominum frequentia,
 ne spoliatur. Amici equum ejus pelle equum frequentia,
 ne spoliatur, completamque palo praefigunt, quam latissime
 pro dignitate patibulo imponant: carnes pro inferis comest-
 lantur. Triginta dies mortuum lugent. *Bonfin. lib. 8. Decad. 4. F.*
 Mautiani extra urbes publico loco mortuos sepeliunt. Se-
 pulchro saxum oblongum triangulare superimponunt. Nobili-
 orum sepulchris unum ad caput, alterum ad pedes ponunt,
 cum epitaphii inscriptione. Epitaphia multa Joannes Leo in
 Africa se collegisse scribit *lib. 3. c. 49. in Africa de script.*

Supensio.

Mos erat olim apud Sueones, & Gothos cadavera Princi-
 pum in quercubus, tanquam sacris locis, suspendere. *Olaus*
lib. 16. cap. 37. gentium Septentrionalium.

Exultio. Crematio Considerentur.
 Compositio cadaveris.

Graeci mortui oculos, antequam cremaretur, patefacie-
 bant, ac oculos digito ostendebant, animae domicilium. *Alex.*
ab Alex. lib. 3. c. 2. & 7.

Pyra.

Graeci per xvii. dies cadaver servabant, tum rogo extru-
 cto, & pyra cupressio circumdata, propter gravem cremati
 corporis nidorem, ne tetra odore abigerent proximi.
Alex.

Suconum olim, & Gothorum principes juniperini ligni igne
 cremabantur. *Olaus lib. 16. c. 37. Pop. Septentr.*

Pyram pro dignitate, & honoribus, quibus in vita fundus
 erat, & prout amplissimos magistratus, & imperia gesserat,
 modo majorem modo minorem Rom. extruxerunt: fuitque lege
 duodecim Tabularum cautum, ne de lignis polius extrueretur
 donec per funera ministros, qui pollinctores dicti sunt,
 corpus cremaretur. In extruenda pyra, praeter arcta ligna, pa-
 pyrum quoque, quo facilis cremarentur, nonnunquam cro-
 cum, & vini assatum apponebant. Corpora clarissimorum vi-
 rorum non nisi ex lectissimis lignis certis generis concremari
 permittitur. Locupletum, ac nobilium modo funcribus adhi-
 beri cupressum plebeis, Lucanus testari videtur:

*Et non plebejos luctus testata cupressus,
 & est à Laëtantio grammatico Theophrasto quarto relatum. Cae-*
lius lib. 25. c. 2. A. L.

Prothonis III. Danorum regis lege, Centurionis, vel Sa-
 trape corpus rogo, propria nave constructo, funerabatur. De-
 na autem gubernatorum corpora unius puppis igne con-
 sumebantur. Dux, aut rex interfectus proprio injectus navi-
 gio concremabatur. *Saxo lib. 5.*

Vestitus cadaveris.

Fuit servatum apud Indos, & Aegyptios, regum funebres
 tunicas, quo cineres cremati, & à reliqua favilla distincti ja-
 cent, ex licio, quod igni non absumitur, conficere, eaque ad
 rogam defunctum corpus inducere. Quippe in Caristo lapsi
 natebatur, qui velut lana intextus, nullo igne adurebatur.
Plin. lib. 19. c. 1. linum, asbestinum. Alex. lib. 3. c. 7.

Parentatio.

Commorientes.

Erat Graecorum, & Aethiopum praecipuus mos, ut comas
 ad rogam discedent, corporisque, & igni imponant: boves, &
 pecora, equosque, & canes in ignem mittant, vinumque, &
 oleum fundant. Indorum per vulgata historia est, ut viro de-
 functo, quae carissima conjux in vita fuerat, eodem igne ab-
 sumatur, unaque concremeret. Thracibus, & Getis erat iste
 mos, ut viro defuncto, praecipue dilecta conjux, maximo
 cultu

culu ornata ad tumulum duci, & à propinquis mastrari:
A eodemque tumulo humari debeat. Gallis vero, ut servili, elien-
 tesque cum domine, patronisve una cremarentur viventes, ca-
 demque pyra intereant. *Alex. lib. 3. cap. 7.*

Scythae regum cadavera tumulantes, concubinarum ali-
 quam praefacta gula simul sepeliunt: sed & pincernam, co-
 quum, equi agationem, ministrumque: item qui fuisset à nun-
 cius, nec non equos, & omnium primitias. Russumque anno
 circummo quinquaginta ex ministris, qui non alii sunt, quam
 Scythae ingenui, stragulant, eodemque intererunt equos.
Herod. lib. 4.

Germani struem rogi, nec veste, nec odoribus cumulare
 licet: sed sua cuique arma, & suus equus adiciunt rogo, cor-
 pora vero clarissimorum virorum, nisi ex lectissimis lignis cer-
 ti generis cremari, sine ullo faneris solempni permittitur. *Alex.*
lib. 3. cap. 7.

Apud Rom. dum igne accenso lotus ardebat, pro digni-
 tate, proque opibus, quibus quisque potens erat, ita amici, &
 affines quique conjunctissimi aderant, quae cara habebant, &
 praecipui cultus, cum genuit, & quae miserabilis luctus, &
 gravissimi doloris signum, in ignibus jaciebant. Itaque multi

B vestes triumphales, ensesque, & baltheos, nonnulli arma mili-
 taria: mulieres vero, ne studio vincerent, ornamenta sua,
 armillas, zonas, mundumque mullebre, vittaque virginalis
 comae, alii retoros cincinnos, & torques: ac bullas, praetextas-
 que liberorum flammæ indidit: thuraque, unguenta, & odo-
 res omnium generum, quos lanabius ferebant. Quare multos
 copia odorum ad pyram exanimatos, & praeter infinita odor-
 amenta, in funere Syllae, statum quae magnitudinis ex odor-
 ibus absumptam comperimus. Justae defuncto carissima,
 & cordi fuisse arbitrabatur in vita, quarumque rerum mirum
 & efficax odorum fuerat, & scuta, gladios, & arma, canes, di-
 lectos equos, lucinas, aequae ad eundem rogam cruciadas, ut
 una cum defuncto cremarentur, igni tradebant: plerique
 vero seipos. Unde exemplis palam factum novitius, multos
 accensos dominorum rogis, dolosis impatiens, vel violentas
 sibi manus intulisse, aut igni patiter absumptos esse,
Alex. lib. 1. cap. 2.

Absectio cadaveris.

vide Locum de Cadavere.
C **POST ABLEGATIONEM. V. C.**
 Conclamatio, Lustratio.

Postquam defuncto conclamato, & nomine deplorato,
 satis lacrymarum, luctusque fuerat, ipsique ter aqua as-
 persi, & lustrati erant: omni munere absoluti, supremum
 Salve, & Vale, tanquam nunquam eos visurum, con-
 clamabant: & à praefata feralibus officiis, justisque
 persolutis, post lamenta, & conclamationes, I licet, di-
 cebatur, qua voce mistum populum faciebat. Quoque funus
 prosequuti, quique comites fuerant, velut supremo functi
 officio, ad proprios lares reverti, aqua aspersi, ignem su-
 pergradiebantur, hoc se piculo ex funere expiari arbitrantur,
 quod expiationis genus sutionem dicere, cuius rei causa
 ferias saepe indixerunt, quae Denicales, dicunt. Graeci vero
 aqua lustrantur pura, eademque expurgantur, in qua
 torrem ex alari extinxissent prius. *Alex. lib. 3. cap. 7.*
 Supremi verbi, Vale, nos te sequemur, *Virgilius* com-
 meminit:

— *Salve aeternum mihi, maxime Palla,
 Aeternumque vale.*

D Et de Polydoro:
 — *animamque Sepulchro
 Condimus, & magna supremum voce cietus.*
 Hinc exequias dicit, autumat Donatus, emansit illud Te-
 rentianum: *Funus interim procedit, nos sequimur. Polydorus
 de Iuvent.*

Convivia, Epulae, Coenae Viscerationes
 funebres.

vide locum de Convivio.
 Optimatus Thracum mortuo prolatum triduum cadavere,
 mastrisque omnis generis hostiis, convivitur. Illudque de-
 fterum prius, deinde combustum sepeliunt, aut alter humo
 contegunt. *Herod. lib. 5.*

Scythae post funus amicos excipientes, epulum praebant
 cadaver comitantibus. *Alex. lib. 3. c. 7.*
 Peracto funere, ubi à lectu quievit animus, viscerationem
 Graeci exhibebant. In qua cum omnia carius viderent, Ad

pollinctum emere, sermo pererebuit. Ferrum Numae editum,
 ne pisces, qui squamosi non essent, ad pollinctum emere fas
 foret: scilicet ne nimis magno in funeralibus coenis mēra-
 rentur obsonia, quam coenam pollincturam dixerunt. In qua, etsi
 nihil deesse, omniaque assatum suppetere, latari tamen mi-
 nimè decebat. Fuitque institutum, ut per vim, cibique leni-
 men, de functi desiderium levaretur. Praeter quam erat coena
 exequalis, quae senibus, & his, qui multum atate procefferant,
 dabatur: in qua praesi, discedentes post supremum officium,
 alter alteri vale dicebat: quam Silicernium vocant. Athenis
 per funeris praefectos epulum apud defuncti maxime necessa-
 rium dari consuevit. Argivorum institutum fuit, ut defuncti
 affines, statim ab excessu Apollini sacrificent, & trigesimo post
 die Mercurio, Appollinique sacerdoti hordeum dent, ignem-
 que extinguant, & rursus accendant, carneque victimarum
 percoquant, quibus postea vescuntur. *Alex. lib. 3. c. 7.*

Romani habebant coenam Exequialem, qua senibus, &
 his, qui multum atate procefferant, dabatur: in qua praesi de-
 cedentes, alter alteri Vale dicebat, quam Silicernium voca-
 bant. *Alex. lib. 3. cap. 7.*

In Italia oppidis compluribus propinqui, comparatis epu-
 lis, in mortui aedes conveniunt ad discumbendum, ne quo
 genere honoris funus ipsum defraudetur. *Pontanus cap.*
15. de Magis.

Indi Christiani eodem ritu mortuos, & eadem religio-
 ne sepeliunt, qua nos. Deinde cognati, & affines epu-
 lum dant, & octo dies in convivio, mortuorum gratiam
 struunt, accumbunt, & illorum memoriam celebrant, &
 pro eorum sempiterna salute Christum venerantur. *Orosius*
lib. 3. rerum Em.

Certamina, Ludi

vide in fine hujus Loc.
 Thraes in funere optatum, combusto cadavere, illud
 sepeliunt: aegestoque defuper tumulo, cum alia omnis gene-
 ris certamina proponunt, tum praecipue cetta cum ratione
 monomachiam. *Herod. lib. 6.*

Cinerum collectio.

Nono die reliquias defuncti, & cremati cineres, mater, so-
 ror, & propinqui, affinesque nigra in veste, & effusus comis, aut
 Pontifices, & sacerdotis, nonnunquam primores patrum per-
 functi honoribus, tunicati, & discincti, lotis manibus, & nudis
 pedibus ossa à cinere separare, & colligere, eaque lacte, & vi-
 no lavare, & deos manes advocare: Graeci vino, & unguento
 inspergere solebant, eumque odoribus effusi in lacrymas, in
 urna condere, & linteo ventilare.

Sepulchri ipsius

Ornatus.

Hinc monumenta defunctorum apio coronabantur. *Hinc*
Plutarchus in Sympotici: ubi innotuitis nominis dicitur &
videtur quare: id est, his, qui periculose aegrotant, dicimus
apio opus esse. Causam addit in vita Timoleonis.

Olim monumenta defunctorum apio coronabantur. *Hinc*
Plutarchus in Sympotici: ubi innotuitis nominis dicitur &
videtur quare: id est, his, qui periculose aegrotant, dicimus
apio opus esse. Causam addit in vita Timoleonis.

Apud Rom. in funere viri illustri, pueri imago patri per-
 similis in illustri domo assituebatur parte. Quod adolefcenti-
 bus ad virtutem, & fortia facinora eximium fuit incitacu-
 lum. *Polybius.*

Sicyonii inscribunt sepulchris planè nihil: sed ejus, quem
 exulerunt, nomen appellantes, patris mentione praeremissa,
 illum valere jubent. *Pauf. in Corinth.*

In antiquorum monumentis crebrò reperias haec literas, H
 M. H. N. S. Hoc monumentum heredes non sequitur: quod ad
 posteros jus sepulchri non pertineant. Sunt, qui
 ex amphibolo jocum capiant, Monumentum heredes
 non sequitur, quia immobile, sed heredes sequuntur
 monumentum. Ut est apud Comicum: Funus praet, sequimur.

Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum
 hic dabat: heredes monumentum ne sequeretur,
 ait *Horatius Satyra 9.* Haec erat formula verborum, qui-
 bus testatores significabant, se certum loci spatium è
 suis agris excipere, quo & suis heredibus adirent, &
 Respubl. seu alicui corpori, & universitati, seu liberis,
 & familiae suae donarent, ut esset, vel populi, & univer-
 sitatis, vel familiae sepulchrum: Hoc monumentum ha-
 redes non sequitur, vel haec literae, H. M. H. N. S. cuiusmo-
 di verba, vel litera etiam hodie in veteribus marmori-
 bus, & lapidibus incisae reperiuntur. Bononiae monimen-
 tum tale est.

* MORTUORUM CURA apud Christianos.

UBI DE RITIBUS CIRCA CADAVERA, Funera, Mortuorum Animas.

Ac primam de illis, qui corpus defuncti contingunt, & funerationem praecedant.

SIC CADAVERA MORTUORUM FIDELIUM solita lavari. Cur, a Quibus.

EXEMPLA, VIRORUM.

Hanc quaestionem tractat Stephan. in centur. q. jur. q. 8. & cum communi usu, & consuetudine affirmativam tuetur sententiam, allegans Barthol. in leg. ult. D. de cadav. puni. qui tamen nihil determinat, sed tantum monet, cogitandumque relinquit. Dec. in l. imperium 3. n. 18. de jurisd. 3. adducit fundamenta Dd. quod perfecta medicina cognitio, non magis absq; anatomicis dissectionibus comparari possit, quam vera aliqua alterius artis scientia, absque ipsiusmet propriis, & genuinis sub-

jecti notione, insuper magni ponderis, & momenti medicinam esse addit, illi quae omni ratione esse favendum, auxiliumque omne libentissimè suppeditandum. 4. Quod dissectio illa publici boni, & utilitatis gratia suscipiatur, ut scilicet medici peritioses fiant, addique, quae utilitatis causa fiant publicae, licet in contumeliam alterius cedant, non esse redarguenda. I. quod resp. D. injur. 5. Omnem honorem illis esse denegatum, ut potè, qui servi poena fuerunt. l. capitalium 28. §. famosi D. de pen. 6. Allegat suprad. l. ult. de cadav. puni. cum cadavera cuivis petenti ad sepulturam concedi soleant, maxime medicis esse concedendas, ut potè a quibus ipsis sepultura contingit honesta. 7. cadav. ossiumque istam compagine, & quotidianam ejus inspectionem conducere nobis ad demonstrandum scilicet miseram nostram conditionem, fragilitatem, & imbecillitatem. 6. Prodesse nobis ad considerandum admirandam sapientiam architecti, & opificis hujus structurae corpus. 9. Ducte nos, & invitare hanc considerationem, ad ardentem, & seriam gratiarum actionem, quae ipsi opifici debetur.

Verum negativa sententia, quam & Empirici veteres secuti sunt, magis mihi probatur, ut potè non tam severa, & iniqua in C. mortuos, nec tam secura, maleque plena, non obstantibus suprad. Nam d. ult. de cadav. pun. loquitur ea iustitia plena, de petitione ad sepulturam, quod cujus petenti corpora animadversorum ad sepulturam danda sint, unde nulla meo iudicio extensio ad anatomen colligi potest, ut potè quae maxime capite damnatur, cognatis eorum neganda non esse. Et refert Lucius 12. placitum decimo permittit ad Senatu Parisiensi, fuisse cognatis cujusdam Advocati Majestatis damnati cadaver sepulturae dare. 2. D. l. 3. de jurisd. definit merum imperium, quod nimirum sit habere gladii potestatem, ad animadverendum in facinorosos, ea vero animadversio consistit in executione sententiae, & poenae virorum, non etiam mortuorum. 3. Negatur, quod perfectio medicinae absque anatomicis dissectionibus comparari nequeat. Unde enim in veteri Testamento Medici suam perfectionem adipiscuntur? qui tamen peritissimi in ea arte fuerant, quod etiamnum hodie Judaei medicis testantur. Unde servi medicinae suae exercitio nacti? quibus licitum fuit medicinam exercere, & tamen de iure civili, pro nullis habebantur, nullumque dicebantur capere habere, l. 22. l. 107. l. 209. D. de reg. jur. l. 59. in fin. D. de capiti. demin. l. 2. §. 2. ad l. Aquil. ubi servi qui parantur quadrupedibus l. 1. §. 1. D. de bis qui sunt sui iuri. Dominus in servos vita, necique potestatem fuisse. Unde illis experientia medicinalis? putane quispiam vilibus illis hominibus favitiam in defunctorum cadavera permittam fuisse, & tradit Glad. rubr. C. de profess. & Med. lib. 10. nullam aliam rationem esse, quod Medici separarentur a Professoribus, quod etiam Judaeis, & servis medicinam exercere liceat, qui tamen ab omnibus aliis dignitatibus, & facultatibus sunt exclusi. 4. Ad ducta, l. quoad resp. D. de injur. loquitur, quod resp. causa veneranda secundum bonos mores fit, etiam ad contumeliam alterius pertinet, quia tamen non ea mentis magistratus fecit, sed ad vindictam publicae majestatis respiciat, actione injuriam non tenetur.

Respicitur lex solam vindictam, non duplicem poenam, quae in anatomia esse videtur, §. D. l. capitalium, §. famosi, loquitur de famosis latronibus, ipsorumque poena, quod nimirum furca figendi, ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem

facinoribus. Contrariatur ergo potius priori sententiae, quia cessare ille terror absumptis illis de furca, & sin non fieret. Et satis legi, & sententiae, addit text. ut & solatio sit cognatis, & affinis interemptorum, eodem loco poena reddita. 6. Quotidie, & singulis fere horis imbecillitas, miseria, & fragilitas nostra, nobis ob oculos ponitur, quando nimirum commercia pertransimus, defuncti ad sepulchra effertur, quibus melius ostenditur mortalitas nostram, & major inde consolatio percipitur, cum honestam sepulchram alicujus videmus, quam anatomicam dissectionem. 8. Eodem modo admiranda illa sapientia architecti, & opificis hujus operis melius nobis demonstratur, per inspectionem cujusvis operis, praesentem namque refert qualibet herba Deum, & quidquid etiam minimum in rerum natura intuemur, argumento nobis est omnipotentis, & sapientiae immensa Dei. Lucret enim in tota natura rerum admiranda Dei opificis sapientia, & vestigia praesentiae divinae tam expressa undique oculis obversantur, ut animos non profus seros, ad cyclopes evidentem convicant, quod fit Deus, cogantque illos assentiri divinitus insitus de providentia notionibus. Ultimo eadem ardens, & serena gratiarum actio oritur, ex proximè praecedentibus artibus, atque ex intuitu officium, oriturque debet ad cujuslibet F. horae sonitum, de consolatione tamen passim observatur, quod hujusmodi corpora medicis dantur, habita tamen prius licentia à Principe, vel senatu, refertque Gomef. 12. cap. de illi. in fin.

CAROLUS V. Imperatorem, ann. 1566. pervigilasse sub hac re consilium Universitatis Salmaticensis, eamque respondisse, licere, cadavera mortuorum medicis dari in usum dictum. Plura huc pertinentia habet Jul. Clarus in §. fin. q. 51. vers. sed hic incidenter Leontius in processu criminali ad l. eorum ult. C. de bon. eorum, qui sibi mort. conscri.

* Mortificatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Mortificationem appellant Doctores Ecclesiastici, quam cumque sponte assumptam, five mentis, five corporis castigationem: quia non solum ab illicitis perturbationibus, puta ira, odii, indignationis, gaudii ob res terrenas, desiderii earundem, animum: ab appetitu quoque inordinato rerum C. sensibilibus carne; verum etiam nonnunquam à licitis sensuum, & carnis cupiditate frangunt, & coercemur. Dista à mortis similitudine, nam sicut homo mortuus, & oculus nullam perturbationem, aut sensum exhibet quantumcumque in ipsum deficiatur: ita & mortificatus velut absque sensu sumebatur ex altari Holocausti: sic & orationis fervor ex carnis mortificatione debet promanare. Unde qui orat, & hanc negligit, perinde facit, atque si quis sine igne vellet incendere aromatata.

PRÆCEPTUM, ET NECESSITAS.

Nihil est in S. Litteris, & earundem interpretibus adeo commendatum, quam ut spirituale hanc mortem nobis provocemus. Monet Salomon, & Ecclesiasticus, ne carnis post concupiscentias nostras: & Deus ad Cain, Sub te, inquit, erit appetitus tuus: nempe peccati, & tu dominaberis illius. Hoc est, si volueris, poteris omnes passiones animi tam internas, quam quae in opus foras exant compescere, & iis etiam H. reniti. Genes. c. 4.

S. Paulus jubet mortificari membra nostra, quae sunt super terram: mortificare spiritu facta carnis: curam carnis non facere in desideris, &c. Petrus quoque abstinere à carnalibus desideris, quae militanti adversus animam. Sed & omnis mortificationis exemplum Christus ait: Qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non est meus dignus. Matth. 10. Hinc Apostolus obsecrat nos per misericordiam Dei, ut exhibeamus corpora nostra hostiam viventem, non solum excitando in nobis vitam spirituales per opera bona: sed insuper per actus mortificationis corpus nostrum, sensusque domado, ut velut non censeantur, dum vitales concupiscentiae eorum maculantur, & quasi Deo immolantur. Ad Rom. cap. 12. S. August. scribens ad verba Apostoli, quibus vitam promittit, qui spiritu adiones carnis mortificant, ita ait: Hoc est opus vestrum in hac vita, adiones carnis spiritu mortificatae, quotidie assurgere, minuere, frenare, intertinere. Quam multos

multos enim proficientes non jam delectant, quae antea delectabant? Quando ergo delectabatur, & non ei consentiebatur: quia jam non delectatur, mortificatio est. Calca mortuum, transi ad vivum, calca jacentem, conflagre cum resuscitate. Mortua est enim una delectatio, sed vivit altera: illam dum non contentas, mortificas, cum coeperit omnino non delectare, mortificasti. Haec est actio nostra, haec est milita nostra. Etiam Melchisedech non ignoratur, & est quibus M. T. Cicero in Tusculanis. Tota Philosophorum vita, ut ait Plato, commentatio mortis est. Nam quid aliud agimus, cum à voluntate id est, à corpore, cum à re familiari, quae est familia & ministra corporis, cum à republ. cum à negotio sevocamus animam, quid, inquam, tum agimus, nisi animam ad seipsum advocamus, secum esse cogimus? Secerere autem animum à corpore, nec quicquam aliud est, quam emori discere. Quare hoc commentetur, mihi crede, desingamusque nos à corporibus, id est, consuecimus mori. Hoc & dum erimus in terris, erit illi caelestis vita simile: & cum illuc ex his vinculis emissi fuerimus, minus tardabitur cursus animorum.

L. Aeneas Seneca ad Lucillum epist. 113. Alexander quidem Persas, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium usque in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatque. Sed ipse modo occiso amico, modo amillo jacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum moerens, victor tot Regum atque populorum, ira, tristitiaque succubuit. Id enim egerat, ut omnia potius haberet in potestate, quam affectus. O quam magnis homines erroribus tenentur: qui jus dominantis trans maria cupiunt mittere, felicitasimoque se judicant, si multas per milites provincias obtinent, & novas veteribus adjungunt, ignari, quod fit illud ingens, paratumque Regnum. Imperare sibi maximum Imperium opte. Haec ille, convenienter lanè cum dicto Salomonis Propheta, Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.

TYPUS, ET IDEA.

Mortificationis in membris nostris perficiendae typum expressit Altare holocausti, per quod ad aliud altare thymiamatis dabatur accessus: cujus descriptionem habes Exodi cap. 27. Etenim cor hominis se per penitentiam macerantis, vitiaque sua mortificantis, & velut Deo immolantis, C. altare holocausti, positum in atrio, quia debet prius homo comprimere passiones suas, quam ad Dei amorem valeat accedere.

Et veluti ignis, quo accendebatur thymia in altari aureo, sumebatur ex altari Holocausti: sic & orationis fervor ex carnis mortificatione debet promanare. Unde qui orat, & hanc negligit, perinde facit, atque si quis sine igne vellet incendere aromatata.

Vide, quid hac de re scribat S. Gregorius hom. 22. in Ezechielem. Quid est, inquit, altare? nisi mens bene viventium, qui peccatorum suorum memores lacrymis se lavant, carnem per abstinentiam macerant, ubi ex moerore compunctionis ignis ardet, & caro consumitur, juxta illud Apostoli Rom. 12. ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placens. Hostia vivens est corpus Divinum afflictum: hostia, quia jam huic mundo est mortuum: vivens, quia cuncta quae praevaleat bona operatur: sed alia compunctio est, quae per timorem nascitur, alia quae per amorem.

Deinde adaptans haec utrique altari, scilicet holocaustorum, & thymiamatis, sic pergit: Unde & in tabernaculo duo altaria fieri jubentur, unum exterius, alterum interius: unum in atrio, aliud ante arcam: unum aere coopertum, aliud auro: in aere cremantur carnes, in auro accenduntur aromatata. Multi enim plangunt mala, quae fecerunt, & incendunt vitia igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur; quid nisi altare vitum aereum? in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alii vero à carnalibus vitiis liberi, amoris flamma in compunctionis lachrymis inardescunt, in superis jam interesse civibus concupiscunt, Regem in decore suo videre desiderant, & flere quotidie ex ejus amore non cessant; quid isti nisi altare sunt virtutum, in quorum corde aromatata incensa sunt, quia virtutes ardent: sed hoc altare aereum est ante velum, quia sanctorum corda per sanctum desiderium in illud ardent, quem adhuc revelata facie videre non possunt.

Ita sanctus Franciscus rogatus, quoniam preces essent

Deo gratiores? illa, ait, quas propriae carnis comitatur mortificatio.

Pulchre Billius in Emblem. At rana ne fructus pede clauda vota sequantur, Fac, tua cum vitium ut caro morte cadat. Ara duplex templi quondam bar sine voce decebat, Tuis una, & caesae altera habebat ovis, Oblulit hic caesae pecudes, qui membra necavit: Qui pia vota facit, thus dedidit ille Deo.

Ideam autem mortificationis Contemplativi statuerunt Jesum crucifixum, alludentes ad illud Pauli, Qui autem sunt Christi, nempe illi militantes, & illius spiritu aguntur; hi carnem, id est, concupiscentiam suam, & naturam vitiatam cum suis habitualibus vitiis, & motibus, crucifixerunt, id est, compresserunt timore illo casto, inquit Augustin. quo timentus offendere, quem toto corde diligimus. Ita dicebat idem Apostolus, mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

MODI.

Sancti quo promptius, & perfectius vitia in carne sua comprimant, carnemque ipsam suam exemplo Pauli crucifigant cum vitiis, & concupiscentiis, quinque modos regulariter adhibent. Primum id praestant per metum gehennae, & districti iudicii divini. 2. Per rationem, & voluntatis constantiam, quae firmiter proponunt Deum nulla occasione offendere: nam ut soleret & vere sanctus quidam Doctor dixit: Quidquid toto corde, tota desiderio, tota intentione vis, id certissimè eris. 3. Per custodiam oculorum, & sensuum, qui sunt velut fenestrae, per quas mors intrat. 4. Per orationem. 5. Per jejunia, vigiliis, aliasque vitæ austeritates.

EXEMPLA.

Pleraque haec referantur ex loco de Abstinencia, Jejunio, Penitentia, Voluptate, &c.

GENTILIUM.

Non defunt exempla Gentilium, qui etiam quadam mortificandi semetipsum virtute excelluerunt. Perunt, Catonem minorem, belli Imperatorem, gravissima sibi cum toto exercitu exercituum, cum pauxillum aquae in galea oblatum à milite fuisset, manu quidem excepisse, at mox in terram abjecisse, ne solus illo solatio, quod communicare aliis desiderabat, frueretur. Fulg. lib. 4. cap. 6.

Laudatur Agefilus Rex Lacodamoniorum: quod cibo G. & somno dominaretur, frigore aequè, ac aestui se affuecisset; quodque assidue in ore haberet, ducem non mollire, & luxu, sed tolerantia, & fortitudine debere subditis antere. Itaque cuidam interroganti, quid boni leges Lycurgi Spartanis attulissent, respondit, Contemptum voluptatum. Admiranti ejus, & Spartanorum in vestitu, & victu frugalitatem: haec, inquit, est semente metibus libertatem. Hortanti, ut aliquid de severitate victus remitteret, forte non habiturum cum aliis occasionem mollius vivendi, respondit: Ego verò me affuecisco, ut in nulla mutatione mutationem quaeram. Senior etiam factus, eandem vivendi tenuit rationem, rogaturque, cur in frigore sine tunica ambularet: ut, inquit, juvenes imitentur exemplum seniorum, & principum.

Thafii offerebant ei farinam, anseres, bellaria, placentas, &c. ipse tantum farinam accepit, reliqua in servos distribuit, quarentibusque causam, dixit: Qui virtutem colunt, non admittunt tales gulae delicias; aliena enim à liberis illa sunt, quibus servorum ingenia alliciuntur.

Idem dicebat, malle se vincere cupiditates, quam hostium H. exercitum: melius est enim conservare libertatem, quam cum aliis adimere. Testis est Plutarchus in ejus vita.

CHRISTI, ET CHRISTIANORUM.

Mortificationis exemplar fuit Christus Dominus, qui cum sub horam sextam, id est, circa meridiem, ut exponit August. ex itinere fatigatus discipulos emendorum ciborum causa in civitatem Sichar misisset, iis regressus nihil voluit comedere. Interrogabant eum discipuli, ait B. Joannes, dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem. Numquid aliquid attulit ei manducare? Dixit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me.

Imitatrix Domini sui Magdalena exiit, quae ait S. Gregorius Homil. 33. in Evang. quoniam habuit in se oblectamenta, tot invenit de se holocausta: convertit ad numerum virtutum numerum.